



## ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.



**N**foribus templi Pythii Apollinis  
 tanquam oraculum cœlo delapsum in-  
 scriptum fuit insigne illud & omnium  
 hominum memoriâ nobilitatum : ΓΝΩ-  
 ΟΙ ΣΕΑΥΤΟΝ, COGNOSCE TEIPSUM,

*Am la*

*Am non quia d  
Craboy animu  
Tub t*

quæ vox digna vaticinanti, digna quam  
 omnes audiamus & cujus nulla unquam nos capiat obli-  
 vio. Hanc verò ad homines, non ad bruta pertinere,  
 nemo nisi planè communi careat sensu ignorat, quippe  
 bruta rationis expertia, nec semetipsa intelligunt, nec  
 res alias: Homo autem non solùm res omnes intelligit,  
 sed SEMETIPSUM quoque, & id, quod imprimis ipse  
 est, nimirum *mentem suam & animum* cognoscit. Hinc  
 Severinus Boëthius, cui teste *CL. Barthio l. 17. Adv. c. 13.*  
 cum summa disciplinarum atque rerum gravissimarum  
 cognitione etiam elegantiores Musæ omnem suum favo-  
 rem tradidère, verè ac nervosè dixit: *Ignorare sese cate-*  
*ris animantibus natura est, hominibus vitio venit.* Consistit  
 autem cognitio illa *sui ipsius* cum primis in duobus prin-  
 cipalibus capitibus, scilicet in corporis cognitione &  
 ANIMÆ per investigatione. Nos impræsentiarum, ne & no-  
 bis vitio veniat nosmet ipsos ignorare, missâ corporis in-  
 vestigatione sedulò rimaturi sumus alteram hominis  
 partem, nempe *animam*, quâ nihil homini dedit DEUS  
 ipse divinus, fatente *Tullio l. 3. Offic.* & quædam καὶ δὴ να μιν

*Qu*

Α

com-